

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Concl. IV. Pacisco de stipendio, alioquin justo. ante celebrationem Missæ,
non videtur illicitum ex jure naturæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

peccata suorum Prelatorum ad libitum suum auferre
eas.

fed debitis etiam ex iustitia naturali, satis significat Tridentinum, quando less. 25. de Reform. cap. 12. sic incipit dicere: Non sunt ferendi, qui varijs artibus decimas, Ecclesiis obvenientibus, fabri-
bere moluntur, aut qui ab alijs solvendas temere oc-
cupant, & in rem suam vertant: cum decimatum
solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut
dantes impediti, res alienas invadunt. Et infra:
Qui vero eas aut subtrahunt, aut impediti, excom-
municentur; nec ab hoc criminis, nisi plena refuta-
tione securi, absolvantur. Porro quæ decimatum,
similis est obligatio stipendi, quod offertur,
& debetur pro Missa.

63.
In veteri Legi dice-
bantur pre-
tium pro
ministerio,
Num. 18.
etiam ex iustitia naturali, satis significat Tridentinum, quando less. 25. de Reform. cap. 12. sic incipit dicere: Non sunt ferendi, qui varijs artibus decimas, Ecclesiis obvenientibus, fabri-
bere moluntur, aut qui ab alijs solvendas temere oc-
cupant, & in rem suam vertant: cum decimatum
solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut
dantes impediti, res alienas invadunt. Et infra:
Qui vero eas aut subtrahunt, aut impediti, excom-
municentur; nec ab hoc criminis, nisi plena refuta-
tione securi, absolvantur. Porro quæ decimatum,
similis est obligatio stipendi, quod offertur,
& debetur pro Missa.

Dices; Decima in veteri Legi vocantur à Deo pretium pro ministerio: ergo male distinguimus inter pretium & stipendum sustentationis. Antecedens patet ex Num. 18. v. 30. & 31. Si praelata & meliora queque obtulerint ex decimis, reputabuntur vobis, quasi de area & torculari dederitis primis: & comedent eas in omnibus locis vestris, tam vos, quam familia vestra: quia pretium est pro ministerio, quo servitis in tabernaculo testi- monij.

quod pro maiori parte temporalia, ut excubias agere, de-
terrat tempore porse.

Respondeo, illa ministeria fuisse pro ma-

jori parte temporalia, ut excubias agere, de-

ferre tabernaculum & similia, quæ indubiè

erant pretio estimabilia. Quamquam alii le-

gendum putent: Quia merces est, & sic vertunt Septuaginta.

Porro Merces est nomen generale, quod abstrahit à propria ratione in temporalis, & dici potest de quolibet opere, debito ex iustitia, quomodo vita æterna, & merces appellatur Matth. 5. v. 12. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis. Et alibi.

Unde Tridentinum less. 6. cap. 16. ait: Atque ideo bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita æterna, & tamquam gratia filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tamquam merces, id est, præmium, ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda.

Cæterum in quo differant, dare ut stipendium ad sustentationem, & dare ut pretium, declarat Lugo supra n. 13. exemplo pictoris, qui nollet vendere suas operas, aut picturas, sed vellet gratis depingere in obsequium Ecclesiæ, & votum de hoc fecisset. Non esset, inquit, contra hoc votum, si peteret ab Ecclesiæ illa sumptus necessarios ad colores, ad tabulam, & alia omnia; adhuc enim diceretur depingere gratis: imò si ipse ad laborandum cibo vel potu peculari indigeret, illud totum computaretur inter sumptus necessarios ad picturam, & posset dici in rigore gratis, & non pro pretio fecisse illud opus, si solum acciperet necessaria ad pingendum.

item exempt. Rursum ponamus aliquem à Deo accepisse

gratiam curationum; accersitur à Principe, ut ipsum curat, magnis propositis premiis, pollet & hoc, licet petret necessaria ad iter illud agendum, & licet, dum esset in Principis Curia, alicet Principis expensis; hac enim non sunt pretium, sed media necessaria ad illic suum ministerium exequendum.

Sic ergo Sacerdos, ut Minister Euangeli-
cus non facit contra præceptum Christi gratis Aplicatio-
dandi, quod gratis accipit, si ab illis, quibus ministrat, accipiat necessaria ad ministerium exequendum, v. g. panem, vinum, ceram, & alia necessaria ad Sacrificium. Quid autem magis necessarium, quam ipsa vita Sacerdotis? Sicut ergo sine labe simonia, Sacerdos pro aliquo celebraturus, potest exigere panem, vi-
num, ceram &c. quidni similiter corporis al-
mentum, æquæ, aut magis necessarium ad ipsum Sacrificium, quod petitur? Non video disparitatem.

Itaque pretium in hoc distinguitur à stipendio sustentationis, quod pretium spectat per commensurationem ad valorem & effi-
ciam operis seu laboris, quod repugnat sanctitati operis ac ministerii sacri: Stipen-
dium autem sustentationis, ut superius diximus, consideretur in ordine ad personam, quatenus sustentatione indiget, quam accipere non potest, dum proximo luo in spiritualibus deservit. Atque hæc ratione stipendium Missæ appellari posset merces, id est, præmium ex iustitia debitum Sacerdoti, pro hoc, vel illo celebranti.

Sed numquid tota sustentatio debetur pro applicatione unius Missæ? Numquid quilibet Novitiate, ut sua lo-
cutor, pro operis merito, stipendium, quod ab Episcopo taxabitur, vel con-
suetudine fuerit introductum. Quid ergo si nullum fuerit taxatum ab Episcopo, vel con-
suetudine introductum; nam licet erit antecedenter de aliquo certo certi? Re-
spondeo:

CONCLUSIO IV.

Pacisci de stipendio, alioquin ju-
sto, ante celebrationem Missæ,
non videtur illicitum ex jure
naturæ.

Probatur primò: quia pactum illud cadit super stipendium formaliter, non ut est Causa
prædicta, ut ipsa rei spiritualis, sed ut est ad susten-
tationem personæ; igitur non obstante pacto
retinet rationem stipendi sustentationis:
ergo ex vi talis pacti non venditur spirituale
pro

Sect. 5. De solemn. Missa Sacrificii cerem. Concl. 4. 473

pro temporali, ac per consequens tale pactum non est simoniacum.

68. objecio
soluitur.
Quid sit
gratia fieri.
Dices; ergo illud ministerium non sit gratis. Respondeo Negando Consequentiam: quia gratis fieri, est sine pretio fieri, minimè sine stipendio sustentationis.

Pro quo nota, Christum utrumque junxit: *Grauis date, &c: Cibum sumite, Matth. 10. Mark. 10. v. 8. Infirmos, inquit, curate, mortuos suscitare, leprosus mundate, demones evicte: grauis acceptissimis gratia date.* Protinus autem subiungitur: *Nolite posidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zona vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virginem: agnus enim est operarius cibo suo.*

69. secunda probatio
Conclusio
Probatur Conclusio secundū: quia per hoc pactum non additur aliquid, sed exprimitur quod inest ex natura rei; hoc autem non est simoniacum, ut patet ex Glossa cap. *Ad audiendum 31. verb. Remittentes ibi: Posset dici quod non est simonia: quia ea, qua precipiuntur à iure, licet deducuntur in pactum, etiam in spirituibus.*

Dubitatis de veritate Majoris? Dignus est operarius cibo suo, etiam ante omne pactum; quamquam enim possit velle gratis operari, etiam sine stipendio sustentationis, equidem ex natura rei dignus est, & ex naturali justitia ei debetur, & consuetudinibus quando opera eius expeditur, & expressè contrarium non significatur.

Jam vero cui illicitum sit ante opus deducere in pactum, quod opere operato jure nature debetur? Neque enim pactum illud auget intensivè hanc obligationem; sed quia quantitas stipendiijusti, non est ex natura rei determinata, nec semper est lege, vel confuetudine taxata, idcirco per pactum & conventionem partium determinatur, in qua determinatio non apparat ulla ratio mali seculo scandalo.

Immo moraliter loquendo vix fieri potest antecedens oblatio stipendi, sine virtuali patēto: alias quippe nec Sacerdos accipiens poterit scire, an exigatur lectio Missæ ex justitia, an non: & similiter dans stipendium non poterit scire, an Sacerdos sit lectorus Missam, an non. Quod ergo hoc jam claris verbis indicetur, parum facit ad inducendum vitium simoniae.

70. la hac ma-
teria car-
dam est
scandalum.
Dixi, *Secluso scandalo;* quia summopere ca- vendum est, ne homines rudes, & simplices supicunt illa exigunt tamquam pretium, & non tamquam stipendium sustentationis; adeo que totum negotium Religionis ad lucrum potius & quantum, quam ad animarum salutem esse compositum.

Quod probè intelligens Concilium Tridentinum sicc. 22. in Decreto de observandis & evitandis in Celebratione Missæ sic inquit: *Atque ut multa paucis comprehendantur,*

in primis quod ad avaritiam pertinet, cuiusvis genere mercedum conditiones, pacta, & quidquid pro Missis novis celebrandis datur; nec non importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones potius quam postulationes, atque huiusmodi, que à simoniacis labore, vel certe à turpi quaestu non longe absunt, omnino prohibeantur. Interim tamen quadiu ab Episcopis talia pacta non prohibentur, nec per ipsos vel confuetudinem stipendia sunt taxata, non appetat ex iure naturæ esse illicita, secluso; sicut dixi, scandalo.

Nec moveat quempiam, quod dicitur in fine capituli *Dilectus 30. de Simonia:* *Illiad* tamen gratariter recipi poterit (in admissione ad Religionem) quod fuerit sine taxatione gratis oblatum. Siquidem Pontifex loquitur de illis, quæ solidū per liberalem donationem conferri possunt: hīc autem agimus de his, quæ seclusa omni taxatione, ex justitia debentur.

Et certè si taxatio stipendi debet relinquī determinationi laicorum, nemo prudens non videt, quām male fōret provisum Sacerdotibus, maximè pauperibus, qui subinde ex solo stipendio Missarum debent vivere, nec possunt commodè vivere, etiam ex stipendio, ab Episcopo taxato.

Sed numquid Sacerdos pauper potest accipere plura stipendia pro eadem Missa? Multi apud Dianam parte 2. tract. de Celeb. Miss. resol. 8. contendunt id esse licitum: debet tamen talis Sacerdos celebrare quotidie si potest; deinde debet esse contentus viatu moderato, domo humili, veste tritā, licet decenti. Aliqui volant, quod possit etiam accipere ad emendos aliquos libros, si ille Theologus, vel Jurista sit, & libri illi sint necessari ad exercenda aliqua ministeria spiritualia, si conveniens est, & utile Ecclesie, quod talis Sacerdos exerceat illa ministeria.

Deinde, secundū aliquos, potest etiam talis Sacerdos accipere id, quod necessarium est ad sustentandum patrem & matrem, quando sunt constituti in tali necessitate, quod non possint sustentari, nisi mendicando; quia sicut non decet Sacerdotem mendicare, ita non decet patrem & matrem illius hoc facere; tenetur enim Sacerdos illos domi habere, & necessaria ad vičium tribuere. Hæc ferè omnia, teste Diana sapta, Nugus in 3. parte tom. 1. q. 83. art. 1. dub. 10. conclus. 4. & ante illum Sapientissimus Magister Orellana apud Vegam in Summa tom. 2. cap. 41. cas. 1. & ipse Vega.

Sed haec opinio modò corruit, inquit Diana; nam Sacra Congregatio Bulla Cū sep̄ 45. inter Urbanianas §. 3. sub obtestatione divini iudicij mandat, ac precipit, ut absolute tot Missa celebrentur, quot ad rationem

71. Explicatio
cap. Dilec-
tum de Si-
monia.

Taxatio si-
pendii lai-
cum de-
termi-
natū non re-
linquendā.

72. An Sacra
dos' paupel-
prio eadem
Missa possit
accipere
plura si-
pendia?

Diana.

Molti af-
firmant.

73. Quorum
opinio mo-
dò corruit.

Nugus in 3.
parte tom. 1.
q. 83. art. 1.
dub. 10. conclus. 4.
ante illum
Orellana
apud Vegam
in Summa
tom. 2. cap. 41.
cas. 1. Vega.

Diana.

*Cardinalium
declar.*

*utpote con-
traria, fal-
tem juri
positivo;*

attributa elemosyna prescripte fuerint, ita ut alio-
quān iū, ad quos pertinet, sue obligatiōni non sati-
faciant, quin immo graviter peccent, & ad restitu-
tionem teneantur.

Id verò ut deinceps observetur exactius,
§. 4. Sacra Congregatio eadē autoritate revocat
privilegia & indulta omnia, quibusvis personis,
Ecclesiis, ac locis piis, tam secularibus quam re-
gularibus cuiuscumque Ordinis, Congregationis,
& instituti, quancumque ob causam concessa, qui-
bus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Ami-
versiariorum celebratio, aut aliquibus collectis,
seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in fu-
tarum suscipiendo sursum. Quis ergo adhuc am-
bigat id esse illicitum, saltem ex jure positivo,
suppositis supponendis? Plus dico:

CONCLUSIO V.

Plura stipendia accipere pro una
Missa prohibet jus naturæ, non
tantum divitibus, sed etiam
pauperibus.

*74.
imod & na-
turali.
Diana.
Probatio
opposita
sententiæ,
1. Cor. 9.*

*75.
Rejicitur
primo.*

*Rejicitur
secundo.*

*Integra su-
stentatio
tantum de-
betur. ince-
gra occupa-
tioni diei.*

*76.
Simplex Sa-
cerdos alii
honestis o-
peribus
quarat vi-
cium.*

Diana supra testatur de communi, Au-
tores vide apud ipsum. Et sāne diviti-
bus id esse prohibitum, facilè Adversarii ad-
miscent: de pauperibus autem inquit
hād unico illo stipendio possunt sustentari,
cum tamen scriptum sit: Necit, quoniam
qui in Sacrario operantur, que de Sacrario sunt,
edant: & qui altari deservant, cum altari partici-
pan? 1. Cor. 9. v. 13.

Sed contrā primō: eadem ratio militat in
divitibus; nam & ipsi altari deservunt: ergo
& de altari vivere debent, aut saltem pos-
sunt.

Secundō: ubi scriptum legitur, quōd
illis, qui altari deserviunt, pro uno tan-
tum ministerio debeat integrā sustentatio?
Nusquam. Quid ergo? Quōd debeat integrā
sustentatio pro omnibus, quibus possunt
istō die occupari. Missa verò numquid est in-
tegrā occupatio diei?

Absit ut simplex Sacerdos æquè mul-
tū mercatur tantum legendō Missam, at-
que Pastor, qui integrō die se occupat au-
ditionib⁹ Confessionum, Concionib⁹, aliis
que spiritualib⁹ ministeriis: & tamen Pa-
stor cū totum fecerit, quod debet facere,
aliquando accipit vix necessaria ad honestam
sustentationem.

Débet ergo simplex Sacerdos præter cele-
brationem Missæ, alii honestis operibus, sive
corporalibus, sive spiritualibus, reliquum
diei impendere, siisque reliquum sustentatio-
nis diurnæ præmereri.

Appositè Concilium Carthaginense IV. ^{Cap. 51.} Clericus, quantumlibet verbo Dei audi-
tus, artificio vicuum quarat. Et cap. 52. Clericus
vicium, & vestimentum sibi artificiolo, vel agricultu-
rā, absque offici⁹ sui dumtaxat detimento, pra-
paret. Accedat cap. 53. Omnes Clerici, qui ad
operandum validi sunt, & artificiolo, & literas di-
scant.

Ex quo fit, ut majus stipendium taxetur
pro solemni Missa, quam pro Missa privata;
majus pro Vigiliis defunctorum novem le-
ctionum, quam trium lectionum, majus pro
Officio nocturno, sive Matutino cum Laudi-
bus, quam pro singulis parvis Horis: quōd enim
Clerici plū temporis inserviunt divino Officio
recitando, vel cantando, ēd minūs alii hone-
stis operibus possunt vacari: ergo plū qualis
rationabile est, ut proportionatè crearet stip-
endum sustentationis, quam alioquin illis
aliis operibus possent præmereri.

Igitur qui altari deserviunt, cum altari
participant, utique cum proportione, ^{pro quo} ^{parte} ^{tempore}
occupationem & labore ministerii, quod
exhibent, si multū laborent, multū, si
partim, parū. Alioquin qui unum Repon-
sorium dicent pro defuncto, posset exi-
gere stipendium integræ diei, quo nihil abu-
diūs.

Si dixeris; Sacerdotes non possunt mendi-
care. Respondeo, fideles ex charitate debent
illis subvenire; interī nisi sit extrema ^{8.} ^{Neque illis} ^{strenuis} ^{misericordia} ^{operari,}
cessitas, non possunt proprio iure res alienas ce-
cipere: & potius ad Episcopum pertinet ipsi
providere de necessariis, utpote qui non potest
aliquem ordinare, nisi habeat patrimonium
sufficiens, vel beneficium, aut officium,
cap. 2. de Prabendis: Non licet ulli Episcopo ^{cap. 10.} ^{qui Ep-}
ordinare Clericos, & eis nullas alumnas pro-
stare; sed duorum alterum eligat: vel non fa-
ciat Clericos, vel si fecerit, des illis, unde rite
posint.

Et cap. 4. eodem: Episcopus si aliquem sine ^{etiam} ^{certo} ^{título} ^{etiam} ^{titulo}
de quo necessaria vita percipiat,
in Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit, tam-
dui ei necessaria subministrat, donec in aliqua ^{10.} ^{Cor. 1. 2. & 1. 3.}
Ecclesia ei convenientia stipendia militia Cle-
ricalis assignet: Nisi talis ordinatus de sua vel
paterna hereditate subsidium vita posuit habere.
Ita Alexander III. in Concilio Lateranensi
cap. 5.

Et quoniam facilius est non ordinare pau-
peres Clericos, quam ordinatis dare unde vi-
vere possint, Concilium Tridentinum re-
maturè considerat: Cū non deceat, ut ^{11.} ^{Totius} ^{partes} ^{etiam}
quit, eos, qui divino ministerio adscripti sunt,
cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum
aliquem quaestum exercere, less. 21, de Reforma
cap. 2. statuit, ne quis deinceps Clerici se-
cularis, quamvis alius sit idoneus morib⁹, scientia
& etate ad Sacros Ordines promovetur, nisi prius
legitimè conflet, cum beneficium Ecclesiasticum,
quod